



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

SS. Theodolus & Agathopus MM. 4. Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

4. April. VITÆ SANCTORUM. 221  
pra terram semper, ita etiam sub terrâ  
diu integrum misit; an quia odoribus,  
quos memoravimus, illud condivit? Ex  
Suvio.

*Ecce parvulus in medio statuitur: studeamus effici, sicut parvulus iste: discamus ab eo, quia mitis est & humilis corde? ne magnus videlicet Deus sine causa sit factus homo parvus, ne gratis mortuus, ne in vacuum crucifixus. S. Bern. ser. 3. sup. Missus.*

SS. THEODULUS & AGATHOPUS  
MM. 4. Aprilis.

**N**emo vel citò vel serò nimis calidam ingreditur, si quidem ingreditur. Juvenis ætate THEODULUS, senex AGATHOPUS, parili tamen cursu per Martyrum stadium cucurrerunt, anno à Christi ortu quarto supra trecentimum. Et THEODULUS quidem ante cursum, bravium (certè arrham bravii) scribitur è cœlo annulum accepisse, qui artificis cœli manum crebris miraculis, quibus omnes passim morbos pellebat, laudavit. Porro cùm intra carceres ambo adhuc consisterent, in somnis ab ipso Numine sunt animati, ipsi verò ad fidem exemplo suo adductos alios animarunt. Postridie ad virtutis theatrum (tribunal tyranni) tracti in ruborem hunc, in lassitudinem tortores dederunt. Eâ, quæ secuta est, nocte, iterum